

**C**elestinus eps seruus seruorum dei. Dilecto filio Abati sancti abondii  
 salute et apostolicam benedictionem. Iustis precantibus desideris dignum est nos  
 facillimè prebere consensum et uota que a rationis tramite non discordant  
 effectu prosequente complere. Et propter dilecte in dno fili tuis iustis  
 postulationibus grato concurrentes assensu ecclesie scilicet thecle et sa iohis  
 & turno cum parochia et omnibus alijs pertinentijs suis sicut eas monasterium  
 tuum iuste ac pacifice possidet tibi et per te ipsi monasterio tuo auctoritate  
 apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio omnimodis firmiter  
 inhibentes ut nullus super eisdem ecclesijs aut earum pertinentijs monasterium  
 tuum alicuius temeritatis audacia molestare presumat. Nulli ergo  
 omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere  
 uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit  
 indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se  
 nouerit incursurum.

Dat. Lateran. xij kl may. Pontificatus nri anno quarto

Morbio 9 (27)



Exemplum litterarum  
Dni abbatis & ceteris  
de iure:  
Pulegiu sine fermato pulg  
extensio de decimis

8



Morbio 9 (27)